Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26261
Copyright: Admont, Benediktinerstift



parte tenebrose cogitationis. et iam si contigerit aliquem
proximorum tua bona actione noceri. uerbi gratia aut depe
cunia quam ate indigens et petens acceperat facere. vt
pati aliquid mala. aut deuerbo exhortationis quo errantem
corrigere uolebas. forte pernitiosius errare. tu tamen pro
tuo simplici et lucido corde. hic et in futuro lucis gratia
donaberis. Hec contra hypochrisin phariseorum subdole.
signa querentium specialiter dicta. nos iuxta sensum mo
ralem generaliter instituant.

In. i. t. Dixit. d. i. discplis. s. Secdm Lucam.

Sint lumbi uestri precincti. et lucerne ardentes. Et. R.

Baaet. Sci Fulgencii epi.

Si ist uero dni sermonem secdm literam uelimus accipere.
nihil in eo commodi spiritalis possumus inuenire. Quod
enim proficit ad animae salutem. si aliquis corporaliter aut
lumbos suos precingat. aut lucernam accendat. Alia
ergo in precinctis lumbis et lucernis ardentibus querenda est
intellegentia spiritalis. que scilicet diuino sit precepto
condigna. et nrae saluti congrua repperiatur et commoda.
Neque enim frustra quodam loco ipse dns ait. uerba que ego
locutus sum uobis spc et uita st. In lumbis itaque concupiscentia
carnalis ostenditur. in lucernis uero fides et caritas xpiana
monstratur. Iubens ergo dns lumbos nros precingi. concupis
centias carnis sine dubio precepit refrenari. Imperans
autem ut lucernas ardentes habeamus. hoc utique iubet ut

Quod supi de est hic inuenies